

Alte Drucke

**CARMEN DE || NATIVITATE SALVATORIS NO=||stri Iesu
Christi, scriptum ad Clariss. Virum, Prudentia || & Consilio
praestantiss. D. Melchiorem Nicel,|| ...**

Steinbach, Johannes

s.l., 1555

VD16 ZV 14684

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)


urn:nbn:de:gbv:ha33-1-148272

CARMEN DE

NATIVITATE SALVATORIS NO-
stri Iesu Christi, scriptum ad Clariss. Virum, Prudentia
& Consilio præstantiss. D. Melchiorem Nicel,
Comitis Ioan Georgij de Mansfeldia Cancell-
larium, omnium Studioforum singula-
rem Meccænatem, Et Domus
num suum perpetua
fide colendis-
simum.



A Ioanne Steinbache
Annæmontano,



A N N O
1 5 5 5.

CARMEN DE

NATIVITATE SALVATORIS NO

strales Christi, sanctissimae Virginitatis, Prudentis

& Consilio praesantis. D. Michaelis Litch,

Comitis Joann Georgij de Mansfeldis Cancell

larum, omnium studiorum singular

rum Mecenatum, Et Domini

num suum perpetua

fide colenda

limum.



A Joanne Steinbachio
Auctore.



ANNO
1721

CLARISSIMO

VIRO, PRVDENTIA ET CONSI.

ilio præstantissimo D. Melchiori Nicel, Comitæ Io-
an Georgij de Mansfeldia Cancellario, omnium

Studioforum singulari Meccœnati, Et Do-

mino suo perpetua fide colendissimæ

mobilem fidem, uoluntate

riamq; seruitutem,

offert.



IR Clarissime, Prudentia & Consi-

lio præstantiss. Exaravi, paupere qui

dem uena, Carmen de Natali Serua-

toris nostri IESV CHRISTI,

quod Tuæ Excellen. dedicandum

confirmavi, non certè ostentandi in-

genij mei causa, uerum quo magis id efficere & obti-

nere conarer, ut animi tui candorem & beneuolen-

tiam, constanter mihi confirmarem & conseruarem, &

ut aliquo modo meo exemplo, multis alijs longè Excel-

lentioribus, multisq; parasangis mihi præcurrentibus,

ansam imitandi præberem. Et si autem tanto Viro sit mi-

nus aptum, tamen maiorem in modum, subnixè, uehe-

mèterq; rogo & peto, ut Tua Excellen. candidè de hoc

meo proposito sentiat, & meum quaecumq; scriptū, in

quo quidem nihil aut certè parum elegantia & decoris

inest, boni cōsulat, eo q; animo quo datum suscipiat, mi-

nusq; cōuenientia ignoscat, ætatuleq; meæ teneræ ascri-

bat: Sunt enim hæ primitiæ, primaq; nostræ Musæ ger-

mina, pulchrior fortassis in ueteri gramine melsis erit.

Quod si feceris, nihil mihi Tua Excellentia gratius,


A 2 acceptis

OMNIA
PRAEFATIO.

acceptiusue prestare poterit, nihilque mihi tam propositum erit, quin ut aliquando Tua Excellentia maiora & meliora ferat. Hisce T. Excellen: Excellentia tua familiam honestissimam, commendo aeterno Deo Patri misericordiae, meque totum & studia mea, T. Excellen: precibus, committo. Vale feliciter: Calamo celerrimo, ut uides. Anno turbulentissimo 1555. Quarto Idus Nouembris, quo die Anno 1483. Vir sanctus Dei, Doctor Lutherus, pie memoriae, in Cheruscorum oppido Islebia, honestis parentibus natus est.

T. Excellen:
Addictis.

Ioannes Steinbach
Annamontanus,



IN NATALEM IESV

Christi Saluatoris nostri.

Pergite Pierides grato modulamine Musæ,
 Fingite nunc iunctis, Carmina uestra modis,
 Rumpite Palladij iam iam penetralia Vatis,
 Vosq; Helyconiadum, cingite tota cohors.
 Surge & Apollo meæ teneræ precor inde Thalæ,
 Digneris capiti Laurea ferta simul.
 Ducito conantem monstrato tramite, Christum,
 Ut celebrare queat, tantaq; facta Dei.
 Quæ sic constituit, solus sic omnia fecit,
 Ne possentaliqua, cum ratione capi.
 Nemo Dei poterit tantas æquare loquendo,
 Laudes, pro meritò nec celebrare satis.
 Heu quam mirificè conuexa uolumina cœli,
 Absoluit genitor, summus in arce poli.
 Primum hominem terræ de puluere finxit Adamum,
 Effigiem similem, struxit & inde sibi.
 Hinc (ut legitimi confirmet fœdera Christus
 Coniugij) dicit talia uerba Deus:
 Non est conueniens hominem sic uiuere solum,
 Quin adiutricem, consociemus ei.
 Atq; ita continuo (genitoris non nisi iussu)
 Cœpit homo somnum continuare grauem,
 Ecce unam lateris costam deprendit Adami
 Vxorem sociam, conderet unde uiro.
 Et sic coniunctis manibus benedixit utriq; :
 Crescite, tum uacuum multiplicare solum.
 Imperium exercete superq; animalia terræ,
 Nempe super pisces gurgitis Oceani.
 Atq; super uolucres cœli, atq; animalia cuncta,
 Quæ speleâ soli, uastaq; rura colunt.

V IN NATALEM

Iam Deus inspiciens quæ cunq̄ creauerat, ecce

Sic fuerant ualde quæq̄ creata bene.

Ver erat & clari fulgebant atria cœli,

Herbida florigeno rore madebat humus

Et nouus exoriens splendebat ab æthere Thitan,

Mulcebatq̄ suis flatibus aura diem,

Omnis ut extaret tam pulchri gratia mundi,

Atq̄ adeo totus cosmicus ille decor.

Deinde Paradisum Dominus plantauit, et ipsa

Hesperidum pomis nobilis hortus erat.

Qui (nisi pro bonitate sua) præfecit Adamum,

Cumq̄ eo Euam dulcis quo sit amica sibi.

Monstrauitq̄ illis fruges quas sumere, quasq̄

Non deceat, quoniam præmia mortis habent.

Ecce homines ambo diuina lege ligati,

Carpebant auida dulcia poma manu.

Inuidet hæc primæ fortunæ commoda Serpens,

Patribus, & fraudes cogitat inde suas.

Donec Euxæ dira persuasit corda loquela,

Carperet ut pomum, quod dedit omne malum.

Postq̄ gustauit partem porrexit Adamo,

Sic legem Domini, præteriere Dei.

Hinc (quid multa iuuat scripturæ exordia tangi)

In genere humano cœpit origo mali.

Cœpit origo mali, mundum uiolauit et omnem

Illud Adæ obsequium, lapsus, & error Euxæ.

Hinc quodcunq̄ potest aduersi obtingere nobis,

Tanquam de fluuio liberiore fluit.

Hinc adeo extendit crudelia brachia Pluto,

Cordibus ut requiem, non sinat ipse pijs.

Hinc

IESV CHRISTI.

Hinc mors atra, hinc flamma uorax in pectora cuncta
Exeruere suas, ut uoluere manus.
Hinc dolor irriguis exorsus fletibus ingens,
Quo nihil immensus tristius orbis habet,
Hinc mala turba fumus, delictorumque ministri,
Atque Dei facimus, iussa ferenda minus.
Hinc sceleratorum ueneramur numina Diuum,
Summus honor solum cum decet ipse Deum.
Hinc uanos sanctum nomen Dei habemus in usus,
Cum nisi fit dignum laudibus usque uehi.
Hinc quoque diuinos sermones spernimus, ipsos
Discere quotidie cum nisi cura fiet.
Hinc nemo sequitur uera pietate parentes,
Post Christum licet his sit tribuendus honos.
Hinc belli insanies, & uis tam seua latronum
Orta, creatura utralia quaeque stupent.
Hinc nullus pudor est inhonesta patrare, fatique
Ut ueri assuescant germina parua soli.
Hinc horret nemo audacter rapere omnia secum
Hisque suum totum nobilitare genus.
Hinc alienarum captamus tecta domorum,
Illius & fundum fertillioris agri.
Hinc etiam uxorem, seruum, famulamque fidelem
Alterius, cupimus quicquid & ipse tenet.
Hinc igitur (nam iussa Dei contempsimus omnes)
Aeterni esse mus noxia turba rogi.
Attamen illa Dei summi clementia patris,
In nos immensum fecit amoris opus.
Fecit amoris opus, Proprium dedit aethere abalto,
Nobis, hic patris filius unus erat.

Quod

IN NATALEM I

Quod quicumq; in eum credentes non moriantur
Sed uitæ capiant gaudia læta nouæ.
O quam magna Dei bonitas, quam gaudia larga,
Hæc fuit hanc nemo sat celebrare potest.
O quanta exhibuit nobisq; charismata Christus,
O quam lætitiâ plurima signa dedit.
Cum tam tristifico brumæ sub sydere mollis,
Virginæ nascatur paruulus ille puer.
Nostram ut tristitiam in tam plurima gaudia uertat,
Heu quam tristitiam pertulit ille grauem.
Ergo illi soli laudem tribuamus in alto
Etq; sinu cordis gratificemur ei.
Plaudite mortales iam nato plaudite Christo.
Dicite iam uestro iubila magna Deo.
Est nobis natus Christus Saluator Iesus,
Solutus qui nostræ sceptrâ salutis habet.
Concinite, o pueri castiq; in amore Puellæ
Constat enim uestras multa ualere preces.
Sol licet exoriens, aut se se condat in undas
Luceat in nobis Christus Iesus Amen.

FINIS

Soli Deo sit laus, honor, & gloria
in æternum.



ADHORTATIO

AD INGENIOSVM PVERVM

Abrahamum Steinbachum in Schola Ce-

leberrima Annæbergensi

discipulum F.

Iam glacialis hyems instat non pascua colles
Semina non segetes, non dulces pampinus uvas,
Non frondes sylvarum, non florida lilia campi
Extrudunt, uolucres non mulcent aëra cantu:
Non ubi puniceo pallantias exit amictu,
Dumetis syluisque boues aut uallibus abdunt
Corpora, non cellis errant in montibus agni,
Sed stridunt ualidi magno cum murmure uenti
Incumbuntque mari fretaque indignantia miscent,
Frigore iam clausa est tellus amnesque rigescent
Sic ætatis hyems, ueniet tibi, tempora namque
Non secus ac flumen fugiunt pariterque sequuntur
Et nihil est toto quicquid quod perferat in orbe,
Robore iam præstas alijs ualidisque lacertis
Mox ueniet tremulo pede curua senecta, uigorem
Mutabitque tuum, totos tremor opprimet artus,
Et minuet uires adimetque sanecta colorem:
Ergo dum primi floret tibi temporis ætas,
Disce bonas artes & linguas disce disertas.
Nec tibi frustra abeat tempus nec desinet unquam,
Tecum Graia loqui, tecum Romana uetustas
Nocturna uersato manu, uersato diurna,
Qui referunt uerbi diuini dogmata libros,
Nec lege non Ciceronis opus, fluit inde uetustas
Dicendi, à teneris uatum cognoscito scripta.

B

Teque

ADHORTATIO.

Teq̄ Poëtarum iuuet impalescere Chartis:
Nec uerò satis est legisse poëmata tantum,
Altera cura tuis studijs accedat, ut ipse
Exemplum digitis certes effingere doctis,
Sic decus ingenij tibi conciliabis, & idem
Venturæ poteris mala sustinuisse senectæ.

FINIS.

